

Evestorbanio.

(505).
Disce quicquid scire cupere, vix humanissime, et
nihil in posterum patrie vel posteritati commendare
quod a capite ad calcem non perspexeris. ergo sane
libens meritoque reddo tibi elogia tua, quibus
hasce mihi excipere festinasti, nihil tale mereres:
senties enim, ni fallor, ut cum astate vires colla-
bantur, paulatim. τὰ ἐχάτα τῶν ἡμετέρων χείρον
fieri. Tu vale, et ut capi dicere, cautius amare
perge.

Tuum. C. Huguenium:

7. Octob. 1667.

Grutero.

Doctissime Grutere.

(506).

Querculo, quem explicari cupis, causam et argumentum
dedit, Halo, sine Corona, quae circa Solem apparuit
eo ipso momento et loco, quo S. P. Q. Aransionensis
sacramentum publice Principi dicturus, conven-
erunt, ut hoc fuisse narratum Historia eorum, quae
a me Aransii gesta sunt Anno MDCLXV. ibidem Gallicè
scripta, hic excusa. Christiani mei nullum unquam
Poema exstitit, neque illi studio unquam ille addictus
fuit. Capellanus Puellae Auxelianensis Historiam
terminis Gallicis prosequitur. Raptim Haga Com:
Prid: Cal: Dec: 1667.

Doctori Joanni
Wallisio.
Oxonie.

Amplissime Doctissimeque Vir.

(507).

De tot humanitatis vestrae officiis, quibus me indignum
hospitem exceperitis, cum ante triennium ad vos excur-
rerem, praecipuum illud existimavi, quod rogare
me et quidem serio, ut videbatur, dignati estis, ut
opusculorum, quae in lucem subinde aliud agens dedi-
enemplaria Illustrissima Vestrae Bibliothecae sinerem
inferri. Memini quidem me respondere, magnam eorum
partem mihi vernaculam esse, vobis barbaram. non
destitisti tamen ab incognito: ut qui complurium lucu-
brationum exoticarum copiam in illo omnis disciplinae
et eruditissimi horreo dicebatis asseruari. Parum itaque
et recipi facturum me, quod hodie praesto, non expecto
ut quoratis, quam obrem toto triennio malum nomen
fuerim, dicant hoc dissidia nostra, et acerima,
et perniciosa fratrum odia, quibus invicem nos
laceratum inimus. Nimirum Vir amicissime ne
ins